

Aduertencias para

Circa hęc statuta aliqua sunt aduerten-
da. Primo, quod Prælati Generales habent
auctoritatem ad absoluēdum Fratres totius
Ordinis à peccatis reseruatis: Prouinciales
autem possunt absoluere omnes Fratres to-
tius Prouinciae, & hospites ad suam prouin-
ciā declinantes. Vnde si quis habet au-
toritatem absoluendi à peccatis reseruatis ac-
tive, si hanc habet à Generali, potest ea uti-
cum omnibus Fratribus totius ordinis: cum
omnes sint sui subditi, & si à Prouinciali, cū
Fratribus tantum illius Prouincie, & etiam
cum hospitibus ad eam venientibus. Et si
Frater habeat auctoritatem passiuā, ut possit
ipse absolui à dictis casibus, poterit confi-
teri cum quoquis Ordinis Confessore, siue
sic ei auctoritas ista concessa à Generali, siue
à Prouinciali, cum multi Summi Pontifices
nostræ Religioni cōcesserint, ut Fratres pos-
sint de materia peccati mortalis confiteri cū
quoniam ordinis Sacerdote Confessore: etiam
si a suis Prælati licentiā non petant. Proin-
de habens auctoritatem hanc passiuam pote-
rit sine dubio à quoquis Ordinis Sacerdote
absolui, cum omnes Sacerdotes Ordinis ap-
probati a suis Superioribus ad audiendas

Con-